Benigne fac domine in bona
uoluntate tua syon: ut
edificentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrifi
cium iusticie oblationes et
holocausta: tunc inponent super
altare tuum uitulos. ps.
Quid gloriaris in mali
cia: qui potens es in
equitate. Tota die in
iusticiam cogitauit lin
gua tua: sicut nouacula
acuta fecisti dolum. Di
lexisti maliciam super be
nignitatem: iniquitatem
magis quam loqui equi
tatem. Dilexisti omnia uerba
precipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet
te in finem: euellet te et emi
grabit te de tabernaculo
tuo et radicem tuam de ter
ra uiuentium. Videbunt

iusti et timebunt: et sup
eum ridebunt et dicent ecce
ecce homo qui non posuit
deum adiutorem suum. Sed
sperauit in multitudine
diuitiarum suarum: et preualuit
in uanitate sua. Ego
autem sicut oliua fructi
fera in domo dei: spera
ui in misericordia dei in eternum
et in seculum seculi. Confite
bor tibi in seculum quia fecisti:
et expectabo nomen tuum
quoniam bonum est in conspectu sanc
torum tuorum. a.

Deus deorum dominus locutus est.
V. Immola deo sacrificium
laudis. Et redde altissimo uo. r.

Secundum magnam mi r.
sericordiam tuam miserere

mei deus. ℟ Miserere. euouae.

A Salutare uultus mei deus meus.

℟ Iudica me. euouae. A De te

de luce uigilo deus. deus deus meus

euouae. A Cunctis diebus. euouae.

Ego dixi in dimidio ℟
dierum meorum uadam
ad portas inferi. Quesi
ui residuum annorum meorum
dixi non uidebo dominum in
terra uiuentium. Non
aspiciam hominem ultra
et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata
est et conuoluta est a me:
quasi tabernaculum pas
torum. Precisa est uel
ut a texente uita mea:
dum adhuc ordirer succi
dit me de mane usque ad
uesperam finies me. Spe
rabam usque ad mane: quasi
leo sic contriuit omnia
ossa mea. De mane usque
ad uesperam finies me:
sicut pullus hyrundinis
sic clamabo meditabor ut
columba. Attenuati sunt
oculi mei: suscipientes in
in excelso. Domine uim pa
tior responde pro me: quid
dicam aut quid responde
bit michi cum ipse fecerit.
Recogitabo tibi omnes an
nos meos: in amaritudine
anime mee. Domine si sic
uiuitur et in talibus uita spiritus
mei: corripies me et uiui
ficabis me: ecce in pace a
maritudo mea amarissi
ma. Tu autem eruisti ani

ostende michi super inimicos
ne occidas eos: ne quando
obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in uirtute
tua: et depone eos protector
meus domine. Delicti
oris eorum sermonem labiorum
ipsorum: et comprehendantur
in superbia sua. Et de
execratione et mendacio
adnuntiabuntur in consu-
matione: In ira consumma-
tionis et non erunt. Et
scient quia deus domi-
nabitur iacob: et finium terre.
Conuertantur ad ues-
peram et famem patientur
ut canes: et circuibunt
ciuitatem. Ipsi disperge-
tur ad manducandum:
si uero non fuerint sa-
turati et murmurabunt.
Ego autem cantabo for-

titudinem tuam: et exulta-
bo mane misericordiam
tuam. Quia deus es
susceptor meus et refu-
gium meum: in die tri-
bulationis mee. Ad-
iutor meus tibi psallam
quia deus susceptor meus:
deus meus misericordia mea. Ant.

Deus repulisti nos
et destruxisti nos
iratus es et misertus es
mei. Commouisti
terram et conturbasti eam:
sana contritiones eius quia commota
est. Ostendisti populo tuo
dura: potasti nos uino
compunctionis. Dedisti
metuentibus te signifi-

[illegible] ut fugiant a
facie arcus. Ut liberen
tur dilecti tui: saluu
fac dextera tua et exau
di me. Deus loquutus
est in sancto suo: letabor
et partibor sicimam
et conuallem tabernacu
lorum metibor. Meus
est galaad et meus est
manasses: et ephraim
fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: mo
ab olla spei mee. In
idumeam extendam
calciamentum meum mihi:
alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ci
uitatem munitam: quis
deducet me usque in yd
umeam. Nonne tu
deus qui repulisti nos:
et non egredieris deus

in uirtutibus nostris. Da
nobis auxilium de tri
bulatione: quia uana
salus hominis. In deo
faciemus uirtutem: et ipse
ad nichilum deducet tri
bulantes nos. psalmus.

Exaudi deus deprecati
onem meam: intende orationi
mee. A finibus terre ad
te clamaui: dum anxiare
tur cor meum in petra exal
tasti me. Deduxisti me
quia factus es spes mea:
turris fortitudinis a fa
cie inimici. Inhabita
bo in tabernaculo tuo
in secula: protegar in uelamento
alarum tuarum. Quoniam
tu deus meus exaudisti
orationem meam: dedisti here
ditatem timentibus nomen
tuum. Dies super dies regis

nenum aspidum sub
labiis eorum. Custo-
di me domine de manu pec-
catoris: et ab hominibus
iniquis eripe me. Qui
cogitaverunt supplan-
tare gressus meos: abs-
conderunt superbi laqueum
michi. Et funes exten-
derunt in laqueum:
iuxta iter scandalum
posuerunt michi. Dixi
domino deus meus es tu:
exaudi domine vocem
deprecationis mee. Do-
mine domine virtus sa-
lutis mee: obumbrasti
super caput meum in
die belli. Non tradas
me domine a desiderio meo
peccatori: cogitaverunt
contra me ne derelinquas
me ne forte exaltentur:

Caput circuitus eorum:
labor labiorum ipsorum operiet
eos. Cadent super eos
carbones in ignem deii-
cies eos: in miseriis non
subsistent. Vir lingo-
sus non dirigetur in
terra: virum iniustum
mala capient in inte-
ritu. Cognovi quia
faciet dominus iudicium
in opis: et vindictam
pauperum. Verumptamen
iusti confitebuntur
nomini tuo: et habita-
bunt recti cum vultu tuo.



Domine clamavi. euouae.

Domine clamavi
ad te exaudi me:
intende voci mee cum

clamauero ad te. Di-
rigatur oratio mea sicut
incensum in conspectu
tuo: eleuatio manu-
um mearum sacrifi-
cium uespertinum. Po-
ne domine custodiam ori
meo: et hostium circum-
stancie labiis meis.
Non declines cor me-
um in uerba malicie:
ad excusandas excusa-
tiones in peccatis. Cum
hominibus operan-
tibus iniquitatem:
et non communicabo
cum electis eorum. Cor-
ripiet me iustus in misericordia
et increpabit me: oleum
autem peccatoris non im-
pinguet caput meum.
Quoniam adhuc et oratio
mea in beneplacitis
eorum: absorti sunt iunc-
ti petre iudices eorum.
Audient uerba mea
quoniam potuerunt: sicut
crassitudo terre erupta
est super terram. Dissi-
pata sunt ossa nostra: secus
infernum: quia ad te domine
domine oculi mei: in te speraui
non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo
quem statuerunt michi:
et a scandalis operancium
iniquitatem. Cadent
in retiaculo eius pecca-
tores: singulariter sum
ego donec transeam.

Uoce mea ad dominum cla-
maui: uoce mea ad

dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognovisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt superbi laqueum michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Clamavi ad te domine dixi tu es spes mea: porcio mea in terra viventium. Intende domine ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus meis: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas michi.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudicium cum servo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. Collocavit me in obscuris

sicut mortuos seculi: et
anxiatus est super me
spiritus meus in me turba
tum est cor meum.
Memor fui dierum
antiquorum meditatus
sum in omnibus operibus
tuis in factis manuum
tuarum meditabar.
Expandi manus me
as ad te anima mea
sicut terra sine aqua
tibi. Velociter exaudi
me domine: defecit spiritus
meus. Non avertas fa
ciem tuam a me: et
similis ero descenden
tibus in lacum. Audi
tam fac michi mane
misericordiam tuam quia
in te speravi. Notam
fac michi viam in qua

ambulem: quia ad te
levavi animam meam.
Eripe me de inimicis
meis domine ad te confugi:
doce me facere volunta
tem tuam quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bonus
deducet me in terram
rectam propter nomen tu
um domine: vivificabis
me in equitate tua.
Educes de tribulatione
animam meam et in misericordia
tua: disperdes omnes ini
micos meos. Et perdes
omnes qui tribulant ani
mam meam: quoniam ego ser
vus tuus sum.

Portio mea domine sit in terra
viventium. Domine dirigatur oratio.